Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Thevs

semper pauperes habetis uob
cum me autem non semp hab
bitis. Mittens enim hec mulier i
corpus meum hoc unsentum ad
sepeliendum me fecit. Amen di
co uobis ubicunq; predicatum
fuerit hoc euangelium in toto m
undo dicetur et quod hec fecit i
memoriam eius. Tunc abiit v
nus de duodecim qui dicebatur
iudas scariothi ad principes sac
dotum et ait illis. Quid multis
mihi dare et ego uobis eum tra
dam. At illi constituerunt ei tri
ginta argenteos. Et exinde quer
bat opportunitatem ut eum trad
ret. Prima autem die azimorum
accesserunt discipuli ad ihesum
dicentes. Vbi uis paremus tibi co
medere pascha. Tunc ihesus di
cit. Ire in ciuitatem ad quedam
et dicite ei. Magister dicit. Tem
pus meum ppe est. apud te fa
cio pascha cum discipulis meis.
Et fecerunt discipuli sicut con
stituerat illis ihesus et paraue
runt pascha. Vespere autem facto
discumbebat ihesus cum duodecim
discipulis suis. Et edentibus ill
dixit. Amen dico uobis quia un
uestrum me traditurus est. Et
contristati ualde ceperunt sing
uli dicere. Numquid ego sum do
mine. At ille respondens ait. Qui
intingit mecum manum in parap
side hic me tradet. filius quidem
hominis uadit sicut scriptum e
de illo. ue autem homini illi per quem
filius hominis tradetur. Bonum
erat ei si natus non fuisset homo
ille. Respondens autem iudas qui
eum tradidit dixit. Numquid ego
sum rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Ce
nantibus autem illis accepit ihesus
panem. gratias agens benedixit ac
fregit deditq; discipulis suis et ait
Accipite et comedite hoc est corpus
meum. Et accipiens calicem gra
tias egit et dedit illis dicens. Bibi
te ex hoc omnes. Hic est enim san
guis meus noui testamenti qui pro
uobis effundetur in remissionem
peccatorum. Dico autem uobis non
bibam amodo de hoc genimine vi
tis usq; in diem illum cum illud bi
bam nouum in regno patris mei.
Et ymno dicto exierunt in mon
tem oliueti. Tunc dicit illis ihe
sus. Omnes uos scandalum pa
tiemini in me in ista nocte. Sic
Scriptum est enim. Percutiam pasto
rem et dispergentur oues gregis.
Postquam autem resurrexero preced
am uos in galileam. Respondens
autem petrus ait illi. Et si omnes scan
dalizati fuerint in te. ego nunquam
scandalizabor. Ait illi ihesus. Amen
dico tibi. quia in hac nocte antequam
gallus cantet ter me negabis. Ait
illi petrus. Etiam si oportuerit
me mori tecum non te negabo.
Similiter et omnes discipuli di
xerunt. Tunc uenit ihesus cum
illis in uillam que dicitur gethse
mani et dixit discipulis suis.
Sedete hic donec uadam illuc et

212